Vergilius Maro, Publius; Servius [Comm.]; Donatus, Aelius [Comm.]; Landinus, Christophorus [Comm.]; Domitius <de Calderiis> [Comm.]: Opera: Bucolica et Georgica

Nürnberg: Anton Koberger, 1492 Seite 672



Fontis amadryadum quaꝝ nō diuite cultu
Aemulus ascræ o pastor sibi quisq; poeta
Securā placido traducit pectore curam.
Talibus in studiis baculo dum nixus apricas:
Pastor agit curas: & dum nō arte canora
Compacta solidum modulatꝰ arundine carmē
Tendit & euectus radios hyperionis ardor
Lucidaq; ęthereo ponit discrimina mūdo:
Dum iacit oceanū flamas in vtrunq; capaces:
Et iam compellente vagæ pastore capellę
Ima susurrātis repetebant ad vada lymphæ:
Quæ subter viridem residebāt cærula muscum
Iam medias operum partes euectus erat sol
Cum densas pastor pecudes cogebat ī vmbras
Et ꝓcul aspexit luco residere virenti
Delia diua tuo: quo quodam victa furore
Venit nyctileum fugiens cadmeis agaue
Infandas scelerata manus: & cæde cruenta
Quę gelidis bacchata iugis requieuit in antro.
Posterius pœnam nati se morte futuram
Hic etiam viridi ludentes panes in herba
Et satyri dryadesq; choros egere puellæ
Naiadum cœtu: tm̄ nō orpheus hebrum
Restantem tenuit ripis: siluasq; canendo:
Quantū te penu remorante; diuę chorea
Multa tuo lætę fundentes gaudia vultu.
Ipsa loci natura domum resonāte susurro
Quis dabat: & molli fessas refouebat in antro.
Nam primum prona surgebant valle patentes
Aerię platanus: inter quas impia lotos:
Impia quę socios ithaci mœrentis abegit:
Hospita dum nimia tenuit dulcedine captos.
At quibus insigni curru ꝓiectus equoꝝ
Ambustos phaeton luctu mutauerat artus:
Heliades teneris amplexæ brachia truncis:
Candida fundebāt tentis velamina ramis:
Posterius cui demophoon ęterna reliquit
Perfida lamentandi mala perfida multis

hoīes attollētibus se dextera leuaq; leuiter cōuexis iugis iter sua luce viridante allabitꝰ viridis calculo amœnus circa ripas gramine canorus auiū cōcentu. Solū nō adeo ferax allicit atq; iucundū aspectu vt visentes ipsa amœnitas alliciat & inuitet. Fontis hamadryadū. Drys pli. referente nō quercus dicitꝰ: sed robur: q̄ arbor est & spēs quercuū: durior tamē. Hamadryades non quercuum sed roborum deæ. & sacerdotes gallici q vaticinabantꝰ in roboribꝰ druidæ appellati sunt. Aemulus ascræo pastor. s. q. poetæ. id est Hesiodo. q pastor fuit & pecudes pauit. Oui. primo de arte docet: pascenti pecudes vallibus asera tuis. Radios heperionis regina q̄ etiam ob prudentiam & virtutē magna mater appellata est thitee & celi filia ex fratre suo hiperione in virū assumptum lunam & solē genuit poetæ tantū vsurpauere vt patris nomē ꝓ filio ponerētꝰ in vtrunq; oceanū indicū: qui ab oriente & athlanticū ab occidente qui terras ab occidente cōtingit vt Mella ait. Flamas capaces. nam solidū est in medio cursus spatio vtrunq; complectitur oceanū & ideo flamas capaces. Luco tuo delia diua. lucus erat sub cytherone monte: in q̄ erat garaphius fas ea qua sunt thessalica tēpe vbi secum nymphis diana lauabat: sed cū Actheon voluisset videre quid esset in fonte: vidit dianā nudā. ideo ab eadē Actheon ē mutatus in ceruū: & suis canibus dilaniatus atq; laceratus ē Oui. in ibidē. Quiq; verecūdæ speculantē labra dianæ: id ē deponto in. v. inscius actheon vidit sine veste dianā. Præda fuit canibus nō minus iste suis idem etiam in opere met. Diana delia dicta a delo insula: in qua nata est. Venit n. Nictilius bacchus dicitꝰ. quia eius sacrificia noctu fiebant: quæ ex asia prius in græciam: e græcia in italiam translata. Agaue Cadmi filia penthei ex Echione filiū sacra bacchi spernentē furore & baccho instigata iteremit: vbi ad se rediit pœnitētia ducta & dolore in antrū successit sub citherone vbi lacus est dianæ. Orpheus œagri filius sono lyre sistebat flumina montes & siluas mouebat.

Hebrū. Hebrus thraciæ flu. Peneu. peneꝰ thessaliæ flu. ꝑ tempe discurrens. Aeriæ platanus. platanus arbor durat in multū temporis spatiū. vt Pli. docet: ait. n. est delphica platanꝰ agamennonis manu sata: & altera gargaphiæ arcadiæ luco in aulocrone q̄ ab apanica itur in phrygiā ondītur platanꝰ: ex q̄ pepēdit Marsias victus ab apollinæ: q̄ iam cū magnitudine effecta est arbor. n. est solū ad vmbram voluptatis cā compata. Quas ipia lotbos. lotbos arbor in quā eius noīe nympha Neptunni filia fugiēs priapū dicitꝰ conuersa: quā pli. laudat: est alia q̄ romaꝰ añ domos ad vmbraꝝ amœnitatē ponebatꝰ tibi sit eadē & nūc appellatꝰ amarenꝰ q̄ cerasa habet acria in obsoniis dulcia siluis inqt Quos succo nobilis arbor & dulces poscit lotbos minus hospita baccha. Diximus & de arbore lotbo in vltimo de ponto: quā aphrica gignit. Nā vlyxes. c. ciconibus tempestate delatus est in aphricā vñ vix abduxit socios q gustauerāt fructum lotbi: in quam etiam cōuersos fabulantꝰ. vnde Ouidi. iiii. de tristibus: Sic noua dulychio lotbos gustata palato illo quo nocuit grata sapore fuit. Heliades. solꝰ filiæ dictæ sunt. helios græci nos solē dicimꝰ: ide heliades hæ cū fœtontē frēꝫ



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-85/0671
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG